200

Quod uos putatis perditionem esse unguenti
officium sepulturae est. Nec mirum si mihi
bonum odorem fidei suae dederit cum ego ef-
fusurus sim sanguinem meum. Amen dico
uobis ubicumque praedicatum fuerit hoc
euangelium in toto mundo dicetur et quod
haec fecerit in memoriam eius in toto mundo.
Non tam mulier ista quam ecclesia praedicatur
quod sepelierit saluatorem quod unxerit
caput eius. Et adtende notitiam futurorum
quod [...] passurus post biduum et moriturus
[...]uiuo sciat euangelium suum toto orbe
„ celebrandum. Et ait illis quid uultis
„ mihi dare et ego uobis eum tradam. At illi
„ constituerunt ei XXX argenteos. Infelix
iudas damnum quod ex effusione ungenti se
fecisse credebat uult magistri praetio con
pensare. Nec certam tamen postulat summam
ut saltim lucrosa uideretur proditio
sed quasi uile tradens mancipium in potestate
[...] ementium posuit quantum uellent dare.